



1

BD116

I56

c.1

46159

009704



EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080021624

PHILOSOPHICA

PARS METAPHYSICA

De Clari

INSTITUTIONES

PHILOSOPHICÆ.

PARS METAPHYSICA.



INSTITUTIONES
PHILOSOPHICÆ.
PARS METAPHYSICA.



INSTITUTIONES
PHILOSOPHICÆ
AUCTORE PARA,

AD USUM

STUDIOSÆ JUVENTUTIS

REG. ET ANTIQ. SS. AA. PETRI ET PAULLI
ET S. ILDEFONSI MEXIC. COLLEGII

ITERUM TYPIS MANDATA.

TOMUS PRIOR.



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
BIBLIOTECA ALfonso Valverde y Tejeda
Biblioteca Universitaria

MEXICI:

APUD JOANNEM BAPTISTAM ARIZPE,
VIA MONTERILLA.

M. DCCC. IX.



VALVERDE Y TEJEDA
FONDO EMERITENO

46159

B0116

I5c

INSTITUTIONES

PHILOSOPHICAE

GENERALIS RERUM INDEX.

PRÆVIUS IN PHILOSOPHIAM PROSPECTUS: seu genuina Philosophiae & Institutionum philosophicarum idea.

INTRODUCTIO AD PHILOSOPHIAM: seu compendiosa analysis rerum & cognitionum quibus instructos esse oportet Tyrone, in ipso Philosophia quasi limine; ut ad speculationes & concertationes philosophicas utiliter præparentur & accendantur.

DE HUMANA CERTITUDINE: quadruplex ipsius fons & fundamentum; nempe, Sensus intimus, Idea, Sensations, Testimonium Hominum.

DE DIALECTICA: quadruplex ipsius objectum, nempe Ideæ, Propositiones, Syllogismi, Methodus scientifica.

DE ONTOLOGIA: ens quatenus divisum, quatenus distinctum, quatenus universalisatum, quatenus causale, quatenus relativum, quatenus ubicatum aut in spatio infinito collocatum.



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

PRÆVIUS

IN HANC PHILOSOPHIAM PROSPECTUS.

In duplēm dividēntur partē Philosophicā istāe institutiones. Pars prior de *natura insensibili* aget; seu de illis Entibus quae sub sensu per se nullatenus cadunt. Pars posterior de *Natura sensibili* tractabit; seu de illis Entibus quae nostros afficiunt sensu. Priori *Metaphysica*, posteriori *Physica*, generale nōmen, generalis erit titulus.

NIHIL est *Philosophia*, nisi sanæ rationis Naturam observantis & meditando scrutantis legitima exercitatio; nisi vis illa humanæ menti ingenita, qua in Veritatem omnem naturalibus ipsius facultatibus perviam fertur.

Cum autem omnibus sacerulis coæva sit sana ratio, ac proinde *Philosophia*: ineptum est & absurdum antiquam *Philosophiam* unico vetustatis titulo despicer. Veritatis amans & errori obnoxia, dum alta & profunda Naturæ tum sensibilis tum insensibilis arcana, variis sacerulis, meditando scrutata est; nunquam senuit, nusquam generatim antiquari meruit *Philosophia*.

Unde, quam viam aut methodum in indagandis veritatibus quibusdam abstrusioribus adhibuerit antiqua *Philosophia*; quid inde opinionum, sive verarum,

I

009704

PREVIO IN HANC PHILOSOPHIAM.

sive falsarum, in scientias aut in societas humanas, irrepserset; quid certitudinis & rectitudinis, quid erroris & vitii sit in antiquis ipsius Placitis, sive in genere morum, sive in genere scientiarum & artium, modestè expendet *nova Philosophia*, quæ olim & ipsa fiet antiqua; nunc judex, olim judicanda; partis ab Antiquitate luminibus ditari, & novis luminibus ab ipsa partis Posteritatem ditare, ubique nata.

INFORMANDIS ad sanam philosophandi rationem, intrà religiosa Seminiorum atria, junioribus Clericis, quoniam præcipuè destinatur scholastica hæc Philosophia: ipsam decet suæ quasi regionis indolem induere; suorum moribus Alumnorum quodammodo assimilari; nihil altius aut elegantius spirare; indagandis aut exponendis sublimioribus illis veritatibus, quibus fiant & Religio & Mores & Societas, impensis incubere; sine fuco nitidam, sine luxu divitem, profundam sine tenebris, sine arte facundam & amoenam, liberali quadam simplicitate & nativo suo lumine spectabilem satis & conspicuam.

Pars prior. PARS hujus Philosophiae prior, *pars scilicet metaphysica*, in octo dividetur tractatus: quorum primus de Certitudine, secundus de Dialectica, tertius de Ontologia, quartus de Deo, quintus de Anima humana, sextus de Anima belluina, septimus de Religione & de Moribus, octavus de Materia abstractivè spectata, aget.

Primus, ponendis aut explorandis humanæ Certitudinis fundaminibus destinatus, & in quatuor sectiones divisus, ostendet humanam omnem Certitudi-

PROSPECTUS.

nem emanare, aut à testimonio sensus intimi, aut à testimonio Idearum, aut à testimonio sensuum, aut à testimonio Hominum; & qualis ex quadruplici hoc fonte scaturiat Certitudo, exhibebit.

Secundus, in quatuor sectiones similiter divisus, varias demonstrabit regulas quas tradit Dialectica, tum circa Perceptiones, tum circa Propositiones, tum circa Syllogismos, tum circa Methodum scientificam.

Tertius, dum de Ente generatim spectato disseret, Ens quatenus divisum, quatenus distinctum, quatenus universalisatum, quatenus causale, quatenus relativum, quatenus ubicatum aut in spatio infinito collocatum, exhibebit, abstractos Ontologiae gurgites & abyssos delibans potius quam exhausti.

Quartus, in duplicem divisus sectionem, in demonstranda Dei existentia, in indaganda Dei natura, totus erit; sua inde veræ Religioni, sua humanæ Societati, inconcussa eruens fundamina.

Quintus, dum ineffabilem quodam modo Animæ humanæ naturam philosophico subjicit examini, in quadruplicem sectionem divisus, demonstrabit Animam humanam esse ex natura sua spiritualem, immortalem, liberam; in quibusdam suis operationibus causam efficientem, in quibusdam aliis causam duntat occasionalem.

Sextus, in philosophico Animæ belluinae examine totus consistet: ex quo concludetur, plaudente ratione, hanc belluarum Animam esse substantiam immateriale, à Materia & à Spiritu penitus distinctam & diversam.

Septimus de Religione aget & de Moribus, in

*

PRÆVIUS IN HANC PHILOSOPHIAM

duplicem divisus sectionem: quarum altera Religio-
nis, tum naturalis, tum revelatæ fundamina jacet; altera generalem Morum theoriam tradet, & huma-
nas omnes Cupiditates, sive honestas, sive inhones-
tas, ab unico principio, Amore scilicet proprio,
emanare docebit.

Octavus, Materiam metaphysicè spectatam spe-
culando, expendet & demonstrabit quid sit sentien-
dum de ipsius essentia, sensibilitate, divisibilitate,
inertia, homogeneitate; atque ita habebitur quod vul-
gari *Physicæ generalis* nomine communiter designatur.

Ad pleniorum & faciliorem rerum istarum in-
telligentiam, Latino huic Operi consociari poterunt,
si libet, Gallica Methaphysicæ Elementa, vel Galli-
ca ipsamet Entium insensibilium Theoria: quæ opera
ingentis erunt utilitatis, tum iis Philosophiæ Alum-
nis, quibus nondum satis familiaris esset Linguæ la-
tinæ usus; tum iis quibus fortè saperent, in magnis
quibusdam quæstionibus, ditiores & abundantiores
Philosophiæ haustus.

Pars
poste-
rior. PARS ejusdem Philosophiæ posterior, pars scili-
cet *physica*, sua complectetur divisione Tractatus de-
cem: quorum primus de natura Materiæ, secundus
de natura Corporum, tertius de Motu in genere,
quartus de Motu in particulari, quintus de Motu in
Machinis, sextus de Globo terraquo, septimus de
elemento Aquæ, octavus de elemento Aeris, nonus de
elemento Luminis & Ignis, decimus de Phœnomenis
coelestibus disseret,

Quod spectat ad physicam hujus Philosophiæ
partem, censuimus nullatenus debere illam à Gallicis

PROSPECTUS.

Physicæ Elementis differre: invalescente in dies per
totam Galliam usu, qui utinam & citius invaluisse, ut
Linguam gallicam adhibeant Scholæ Philosophi-
cæ, in explicandis Naturæ arcanis, in tradendis
Physicæ institutionibus.

Si fortè tamen necessarius etiam videretur in re-
bus physicis Linguæ latinæ usus, sive ad utilitatem
exterarum Nationum, sive in gratiam veteris Consue-
tudinis, apud cæcum & imperitum Vulgus ipsa inter-
dum ratione potentiores: Gallica hæc *Physicæ Ele-
menta*, per liberam *Traductionem*, latina reddemus,
jus illud non denegante nobis illorum Auctore: ita
tamen ut in libera hac traductione, nulla in rebus,
nulla in rerum ordine, nulla in numeris rerum indi-
cibus, futura sit essentialis mutatio.

Inde intelligetur cur sua Parti physicæ non hic
annectatur subdivisio, ut Parti metaphysicæ annexa
est.

CUM ita nati plerique simus, ut inter varia Na-
turæ aut Artis opera, vix ullum sit unquam, quod
nostris ideis & Judiciis perfectè assimiletur; in quo
nihil inculpemus, nihil perfectionis desideremus; cui
aliquid addi, aut aliquid detrahi, alio alii modo, non
velimus: penes erit quemque Philosophiæ Professo-
rem, philosophicis istis Institutionibus, *instar Supple-
menti separatim distandi*, id omne ex penu suo &
juxta ingenium suum breviter addere & annectere,
prout successiva se se dabit rerum occasio, quod ip-
si videbitur perficiendæ Philosophiæ, perficiendo
Discipulorum suorum ingenio, necessarium aut utile.

Id autem facilè & utiliter præstabat eruditus &
sagax quisque Professor: sive novas aliquas in tali

PRÆVIUS IN HANC PHILOSOPHIAM.

materia movendo quæstiones aut difficultates quarum solutio videretur esse magnæ utilitatis, habita locorum aut temporum ratione; & quas omnes prævidere & complecti nequeunt elementares Philosophiæ Institutiones: sive rebus in tali alia materia pertractatis novum aliquod lumen aut robur affundere conando, tum ope propriarum speculationum suarum; tum ope speculationum alienarum, quas ex celeberrimis quibuscumque Auctoribus sapienter depromptas, gallicè aut latinè dictabit in suo Supplemento, & suis salubriter meditandas & retinendas dabit Discipulis.

Collectitas eidem hujusmodi sententias & speculationes excludit sanus rerum sapor & gustus, ab omni opere Philosophicis istis Institutionibus simili, cuius natura exigit ut sit felix aliqua operis summa, re aut stylo nusquam sibi incohaerens & discolor; ac proinde, ut sit aliquid in se *simplex duntaxat & unum*: non excludit autem à Supplemento hic & nunc indicato, cuius natura est ut possit esse omnimodè varium; ut Philosophiæ & Eloquentiæ & Poësi simul pateat; ut omni rerum tono & colore idiomate licet ipsis feliciter ditari.

Pars
metaphysica
etiamque UNICUM sibi volumen postulabit hujus Philosophiæ *Pars metaphysica* (*): cui si addantur & annexantur, tum unicum illud volumen in quo continetur hujus Philosophiæ *Pars physica*; tum unicum aliquod

(*) NOTA. Licet in duplum sit divisa Tomum pars hæc metaphysica, in unicum volumen religari poterit & communiter religabitur uterque ille tomus.

PROSPECTUS.

volumen quod breviter & dilucidè complectatur elementaria omnia *Calculi & Geometriæ Principia*, sine quibus nulla est hodie Philosophia; inde abunde erit in quo utiliter simul & amœniter exerceatur, per annum duplum, juniorum Philosophiæ Alumnorum ingenium, ad altiora quam vulgo existimatur, aptum & idoneum, ubi rectè instituitur & excolitur.

Immensus Cognitionum humanarum oceanum, sine ulla rerum confusione, sine ullo claritatis aut soliditatis aut amœnitatis detimento, in tam exiguum contraxisse spatium, in *tribus duntaxat Voluminibus* spectabilem dedisse & intelligibilem, non parvus fuit labor, sed ingens erit utilitas.

Item, item homini tam levitatis, tam alacra anima appetitus cogitationis scientiam Philosophiæ obiectum est. Deo, Homo, vero, quidquid aeternum latum est percipere.

Quid, si Philosophiam secundum vim omnem nostram ceteras, nulla philosophia aliena sit scientia. Propterea pars à parte sit persim. Hinc definiri, volgo scilicet Philosophiæ scripta rerum omnium naturali luciae cognoscendum. Quantum sit Philosophiæ nomen, quantum labore à deo defterendum, inde intelligere est.

Ut omnis est de scientia, sic Philosophia cum propria quadam vacua proportione aliquo interdum relata quibuslibet proprias iuxta leges suum optinet, neminem ulla fore est diligenter studi. Accedit patet & univoca causa, quod unum bookrum sive Philosophiæ pars, nec pars sive pars philosophiæ significat.